



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

communi, neque Pontificiis constitutio-  
nibus repugnant oportet; Colligitur ex  
cap. 1. & 2. de Reliq. & Ven. Sanct. sed neq;  
de gravioribus reb' inconsulto Pontifice  
constitutiones condere poterunt Episco-  
pi, ut sunt, quæ ad universalem Ecclesiam  
ex se pertinent, qualis est v. g. Canoniza-  
tio Sanctorum, definitio veritatis, fidei, re-  
vocatio privilegii universalis, translatio,  
unio & divisio Episcopatum; cap. 1. de  
*Transl. Episcopi.* quamvis in necessitate cir-  
ca casum aliquem particularem in Jure  
communi dispensare possint: *Salas. disp. 8.*  
*deleg. sect. 6. n. 40.* cæterum licet ad con-  
dendas leges Cleri aut Capituli consen-  
su non egeant, benè tamen pro alienan-  
dis Ecclesiæ rebus cap. quantò de his quæ si-  
unt sine consensu Capituli à Prælato & pro sta-  
tuendis festis consensus Cleri aut etiam  
populi requiritur cap. ultimo de ferijs. ex  
quibus casibus non esse desumendum ar-  
gumentum ad alios casus docet *Panormi-*  
*tanus de off. delegati.*

2. Archiepiscopi in Concilio Provin-  
ciali, Cardinales in Ecclesiis sui tituli, Ab-  
bates exempti, aliiq; Prælati Jurisdic-  
tionem,

nem quasi Episcopalem habentes, possunt statuta edere in suis territoriis tantum ob ligatura *Salas de leg: tota ferè disp. 8.* Præterea Concilium Generale & Oecumenicum. Authoritate Pontificiâ congregatum potest quidem leges condere, non tamen ligantes universam Ecclesiam quo adusque Pontifex assensum præbeat aut eas confirmet, neq; enim ullibi reperitur tam ampla potestas concessa, sed potius ex praxi constat, omnia Concilia Generalia, à Pontifice suorum decretorum confirmationem petere consueuisse, ut fecit Tridentinum sess. 25. de Reformat: in fine. Por rò à concilio, cui Pontifex assistit, appellatio dari non potest; colligitur ex Sebast: de Medices de leg. 1. p. q. 19, secùs si non assi stat. *Can. cuncta 9. q. 3.* Concilium Pro vinciale & Synodus Diœcesana statuta sua pariter condit, ast intra suos limites. colligitur ex *Can. Catholica dist: 11.* & *Can. placuit 12. q. 2.* Capitulum Cathedralis Ec celsiæ vacante sede Episcopi, potest quidem pro tota diœcesi statuta condere, sed duratura dum revocentur à successo re *Felin: cap. cum omnes de constit. num: 9.*

eoque vivente in gravioribus secluso eius  
consensu non potest cap. cum consuetudinis  
9. de consuet: spectato jure communi, se-  
clusisq; specialibus privilegiis & consue-  
tudinibus: *Suarius lib: 4. cap. 6. num. 14. &*  
*seq: quamvis possint Capitulares inter se*  
*convenientes statuta facere spectantia*  
*ad ordinem & bonum regimen Capituli;*  
*v. g. de iis, quæ ad administrationem redi-  
tuum spectant, quomodo congregan-  
dum sit Capitulum &c. *Suarius loco cit. arg:*  
*cap. cùm omnes de constit: Deniq; inferiores*  
*communitates, Ecclesiæ collegiatæ leges*  
*ferre possunt. *Innocentius* in cap. cum acces-  
sissent, num: 2. de constit:**

3. Dicta Sanctorum Patrum quatenus  
subinde testificantur Sancti de præcepto  
Christi, Apostolorum vel Ecclesiæ, et si  
fidem faciant præceptis, & ut sic testes sint  
præcepti, non tamen idèò Authores &  
Legislatores censendi sunt, cùm de pote-  
state legislativa illis concessa non constet.  
*Vt habet Gl: dist. 20. in principio Panormit: in*  
*cap. ne innitaris de constit: Sed neque ex eo*  
*vim legis habent, quod decreto Gratiani*  
*sint inserta Gl: cap. 1. de rebus Ecclesiæ non a-*  
*lienall-*